

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Eucharistia g
cum fonte primo

Quanta enim
cordis contricione et lacrimarum fonte,
quanta reuerencia et tremore,
quanta corporis castitate
atque animi puritate istud diuinum
et celeste misterium est celebrandum,
Domine Deus,
ubi caro tua in ueritate sumitur,
ubi sanguis tuus in ueritate bibitur,
ubi summis yma humanis diuina iunguntur,
ubi adest sanctorum presencia angelorum,
ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter
et ineffabiliter!
Quis digne hoc celebrare misterium potest nisi tu,
Deus omnipotens, offerentem feceris dignum?

Ambrosius in oracione.

→ Quanta enim, Domine Jesu Christe,
cordis contritione, et lacrymarum fonte,
quanta reverentia et tremore,
quanta corporis castitate,
et animi puritate istud divinum
et coeleste sacrificium est celebrandum;
←
ubi caro tua in veritate sumitur,
ubi sanguis tuus in veritate bibitur,
ubi summa imis junguntur,
ubi adest praesentia sanctorum angelorum,
ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter
et ineffabiliter constitutus!
Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu,
Deus omnipotens, offerentem feceris dignum?

Anonymous, *Precationes duae hactenus Ambrosio attributae*, 1.4 (PL 17, col.753A-B).